



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De Fratre, Qui à spiritu fornicationis impugnabatur, & leprosus effectus
est. Capvt. XIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

penitencia per annos sexaginta tres quod hanc habu-
erit virtutem, hebdomadas integras ieiunandi, i-
ta ut putarent quidam, eum sine carne esse. Opera-
batur¹ autem die ac nocte, & distribuere paupe-
ribus omnia, neque ab aliquo quippiam accipiebat.
De hoc audientes fideles viri, venerunt, ut da-
rent ei agapem². & ait ad eos, non accipio, quia
manus meæ nutriunt me, & eos, qui propter Deum
ad me veniunt.

¹ Operabantur manibus antiqui monachi, & ex labore
ipsi vivebant, & pauperibus elemosynas distribuerebant.

² Agape est elemosina, vel prandium ex charitate datum.
De Fratere, Qui à spiritu fornicationis impugnaba-
tur, & leprosus effectus est.

CAPVT. XIII.

ABBAS Polichronius rursū nobis narrauit,
quod in cœnobio Penthucula frater quidam
erat sibi ipsi valde intentus, & continens.
Cū autem aliquando impugnaretur à spiritu for-
nicationis, non valens hanc pugnam sustinere, e-
gressus de monasterio, profectus est Hierico, ut cō-
cupiscentiæ suæ satisfaceret. Moxq; ut meretricis
cellam ingressus est, leprosus factus est totus. Vi-
dens autem lepram, continuo rediit ad mona-
sterium, Deo gratias referens, & dicens: Idcirco
Deus hac me castigatione percussit, ut anima mea
salua sit, & magnifice glorificabat Deum.

¹ Vides ex hoc loco non debere Monachum à religione
desicere, & institutum suum deserere
Factum mirabile Abbatis Cononis.

CAPVT XV.

DICEBANT de Abbate Conone Duce mo-
nasterij Penthucula, quod die quadam cū
X
iret,